

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Disputatio Inauguralis Medica De Ictero

**Camerarius, Elias Rudolf
Mögling, Johann Burckhard**

Tubingae, 1679

I.

[urn:nbn:de:bsz:31-42086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-42086)



Σύγγραφον.

T H E S I S I.

Rari cum pluribus affectibus p. n. usus fortunâ Icterus vocatur ab analogia cum re quapiam externa, vel *ἰκτὴρ τῶν ἰκτερίων*, Lat. Galgulo ave, quæ Autore *Plinio H. N. l. 30. c. 11.* ejusdem est cum Ictericæ coloris, visaque sanat icterum, ipsa moritur, vel à viverra, seu mustela sylvestri, quæ Græc. dicitur *ἰκτίς*, & auricolores habet oculos; vel *ἰκτὴρ τῶν ἰκτερίων* milvò, ob similem oculorum colorem; vel à gemma, quæ Ictero medetur, & *Plinio l. c. l. 37. cap. 10.* Icterias audit. Aliàs vocatur quoque Aurigo, Auriginosa perfusio, Morbus Regius, Arquatus, quorum explicationes ubivis obvix, Germ. *Gelbsucht/ Gallsucht/* quasi *Gallsucht*; Ab Aliis hoc nomen etiam tribuitur Erysipectati, quod Icteria rubra, Chlorosi, quæ Icterus albus dicitur, & vitiligini.

II. Ad Pragmatologiam accedens *Icterus*, qui præsentis erit tractationis, definitio, quod sit *Symptoma qualitatis mutatae, quò habitus corporis flavo, obscure viridescenti aut nigro colore inficitur, à vitioso p. n. humoris ejusdem coloris in cutem effusione dependens, & variis stipatum molestiis.*

III. *Subjectum* quidem non solum est habitus corporis, sed partes quæcunque, ad quas sanguis alluit, hinc album oculorum potissimum affici, visus; carnem, membranas, pinguedinem, fauces, gulam, ventriculum, intestina, pericardium, hepar, cerebrum, quod in specie dicit *Helmont. Schol. Humor. Pass. decept. c. 4, §. 16.* aliàsque partes, sanguinem, lympham, lacrymas nonnunquam etiam flavere, imò matrem Ictericam similem fœtum, sanguine & ossibus hujus tinctis, edidisse variæ Medicorum testantur Observationes; quò jure ergò ictericum colorem